Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

eius tenent. Plena hec
laudatio est que genus in
maioribus. mores in equita
te. offitium in sacerdotio.
factum in mandato. iudi
cium in iustificatione compre
hendit. de hoc quod addit
sine querela ait apostolus. pro
uidentes bona. non tantum
coram deo. sed etiam homi
nibus. Et ecclesiastes. ne sis
inquit tu multum iustus.
quia plerumque iustitia
durior hominum querelam
prouocat. Que uero temperata
est. etiam inuidie queri
moniam uitat. Et non
erat illis filius eo quod esset
elizabeth sterilis. et ambo
processerunt in diebus suis.
Diuinitus procuratum est ut
de prouectis. diuque fruc
tu in coniugii priuatis
iohannes nasceretur. qua
tenus et donum dei gratius es
set eis et certis miraculi
stupor. futurum prophetam de
signaret. Factum est autem cum

sacerdotio fungeretur in or
dine uicis sue ante dominum se
cundum consuetudinem sa
cerdotii. sorte exiit ut incen
sum poneret. ingressus in
templum domini. et omnis mul
titudo erat populi orans foris
hora incensi. Cum ex precep
to moysi uno sacerdote de
cedente. unus succedere iube
atur. tempore dauid statutum
est ut in eis simus minis
trantes per octonos dies sab
bato usque ad sabbatum tempore
uicis sue singuli castimonie
studerent. nec interea domum
suam tangerent. Zacharias
sorte exiit non noua. sed pris
ca. illa uidelicet qua successit
in uice abya. cum primo
ad pontificatum accederet.
Hec sollempnitas decima
die septimi mensis. a pasca
li mense. quam diem expia
tionis siue propitiationis uo
cant celebrabatur. qua solus
pontifex introibat in secun
dum tabernaculum cum sanguine